

nomine homagii ab ecclesia sancti Georgii Coloniensi, domum Marche in parrochia Luttkendurtmunde, item domum Nette¹ in parrochia Mengede sitas et has domos cum suis attinentiis recipiet a decano qui pro tempore fuerit.

6) Unmittelbar unter den letzten Worten des Johannes-evangeliums steht auf fol. 236^a eine Urkunde, laut welcher der Kanonikus Gerunc dem Stifte einige Güter zu seinem Gedächtnis schenkt, in Schriftzügen saec. XII.

Notum sit omnibus Christi fidelibus qualiter ego Gerungus canonicus sancti Georgii tradidi beato Georgio predium meum in Raftecho² ad utilitatem fratrum, scilicet domum in qua pater meus habitavit, et totam curiam cum omni edificio suo et aream in superiore parte domus ubi nunc plantata est uinea, et maiorem uineam quam habuit que vocatur plentere, cum XV^{cim} iurnalibus agrorum et prato ad IIII plaustratas feni, insuper hereditariam communionem quam habuimus in siluis, in pascuis, in aquis. Hoc primo stabilitum est in iudiciaria domo episcopi Raftecho coram aduocato Hezcelino cunctisque ciuibus absque omni contradictione heredum nostrorum. Secundo autem confirmauit hoc aduocatus meus comes Adolfus de Safinberc cum manu mea tradens predictum predium super scrinium sancti martiris Georgii, presentibus omnibus fratribus nostris pluribusque ciuibus huius urbis. Preterea tradidi IIII particulas uinearum fratribus sitas diuersis locis, .I. in planuce, .I. in media uia, .I. in paffemueilt, .I. in extremitate uillę in gesezin, unde statui dari fratribus in anniuersario die meo et patris mei et matris mee unicuique stopus uini, in nocte post uigilias singulorum propinari .X. stopos quod est ama uini et dimidia. Fratres autem nostri decreuerunt mihi dari singulis annis XX solidi Coloniensis monete in festo sancti Martini usque ad finem uite meę, .X. solidi de Munheim, .V. de Widigishouen, .V. de Ingendorb. Ad hac (!) pecuniam recipiendam elegi tres fratres fideiussores, Godefridum d., Theodericum, Edelgerum, si forte absens fuero causa itineris uel alibi qualicunque uita degens.

Die Schenkung scheint in den Anfang des 12. Jahrh. zu gehören, indem der comes Adolfus de Safinberc wohl der ältere Graf dieses Namens (1112—1158 bei Lacomblet), nicht sein gleichnamiger Sohn (1166—1171) ist. Godefridus dec. s. Georgii kommt 1132 vor (Lacomblet I, 209 Nr. 314); Theodericus dec. s. Georgii 1138 (Lacomblet I, 218 u. 219 Nr. 328 und 329) und 1144 (Beyer I, 530 S. 588).

7) Auf fol. 236^b steht von einer Hand des 11. Jahrh.,

1) Wahrscheinlich Nette (Ober- oder Nieder-Nette) bei Mengede, Reg.-Bez. Arnsberg. 2) Rachtig an der Mosel.